61

gittanos et aganos iubet per ardua niti iuvenesque promptissimos ex
sua cohorte XXX collegit. Duces his dati sunt: Carus et Alexander: quem
rex nominis quod sibi cum eo commune esset admonuit. Ac primo quia iam ma
nifestum periculum erat ipsum regem discrimen subire non placuit: sed ut si
gnum tube datum est vir audacie prompte conversus ad corporis custo
des sequi se iubet. primusque invadit in rupem: nec deinde quisquam macedonum
substitit relictisque suis stationibus sua sponte regem sequebantur: mul
torum miserabilis fuit casus: quos ex prerupta rupe amnis preterfluens
hausit: Triste spectaculum etiam non periclitantibus cum vero ex alieno exitio
quid ipsis timendum foret admonerentur in metum misericordia versa: non
extinctos: sed semetipsos deflebant et iam eo perventum erat: unde sine
pernicie nisi victores redire non possent. Ingentia saxa in subeuntes pro
volventibus barbaris: qui perculsi instabili et lubrico: gradu precipites
recidebant. evaserat tamen Alexander et carus: quos cum XXX delectis premiserat
rex et iam comminus pugnare ceperunt: sed cum superne tela barbari
ingererent sepius ipsi feriebantur: quam vulnerabant: ergo Alexander et nominis sui
et promissi memor dum acrius quam cautius dimicat confossus undique
obruitur: quem ut carus iacentem conspexit ruere in hostem omnium preter
ultionem immemor cepit: multosque hasta: quosdam gladio inter
emit: sed cum unum tot incesserent manus super amici corpus procubuit
exanimis haud secus quam par erat promptissimorum iuvenum ceterorumque
militum interitu: commotus rex signum receptui dedit saluti fuit.
quod sensim et intrepidi se receperunt et barbari hostem depulisse conten
ti non institerunt recedentibus. Ceterum Alexander cum statuisset desistere ab
inceptis: quippe nulla spes potiunde petre offerebatur. tamen speciem ostendit
in obsidione perseverantis: nam et itinera obsideri iussit: et turres ad
moveri: et fatigatis alios succedere. cuius pertinacia cognita indi
per biduum ac duas noctes quod cum ostentatione non fiducie modo sed etiam
epulati sunt tympana suo more pulsantes. Tertia vero nocte tym
panorum quidem strepitus desierat audiri: Ceterum ex tota petra faces
refulgebant quas accenderant barbari. Ut tutior esset ipsis fuga
obscura nocte per invia saxa cursuris. Rex balacro qui specularetur
premisso cognoscit petram indorum fuga esse desertam. Tum dato signo
ut universi clamarent incomposite fugientibus metum incussit multique tamquam
adesset hostis per lubrica saxa perque invias cotes precipitati conci
derunt: plures aliqua membrorum parte mutilati ab integris deserti sunt.
Rex locorum magis quam hostium victor: tamen magne victorie sacri
ficiis et cultu deum faciat. Are in petra locate sunt minerve// ducibus victorie q3
itinerisque quos subire iussarat leviter armatos et si promissis minora persolvi